

Tante etiam est pinguedinis q̄ q̄n piscatoruz
p̄cutitur venabilis siue telis vulnus non sentit
nisi prius pinguedo totaliter perforet. sed quā
do caro interior leditur tūc facillime capitur. qz
amaritudinem aque salse non sufferens lit̄ pe-
tit. Tante aut̄ est quātitatis q̄ nō capit̄ tota pa-
tria ex sua captura emēdatur. Catulus suos a-
more miro diligit 7 eos in pelago longo tpe cir-
cūducit. q̄ si eos ab arenarū cumulis impediri
cōtigerit aque multitudinē ī ore collectā super
eos fundit. 7 sic eos a periculo liberans ad p̄fū-
dum pelagi reuocat 7 reducit. cōtra oēs occur-
sus ipsis nociuos p̄ eoz defensione se opponit.
7 semper inter se 7 mare in parte tutiori eos po-
nit. 7 q̄n inualescit tempestas fet̄ suos adhuc
iuuenes 7 teneros ī vētrē suū cōtrahit quos se-
renitate facta viuos euomit iterum 7 emittit vt
dicit idē. Irē iorath cōtra cetū pugnat quidaz
piscis serpentin̄ 7 venenosus sicut cocodrillus
7 fugiūt pisces ad caudam ceti. qui si deuict̄ fu-
erit pisces p̄dicti moriūtur. V̄ si nō poterit ille
piscis pestifer deuincere cetum. a faucibz suis fu-
mosum vaporē fetidissimum in aquam emittit.
Cetus vero fumo odorifero de ore emisso. feti-
dum odorem repellit 7 sic se 7 suos p̄tegit 7 de-
fendit.

Explicit liber. xij. de terra 7 ptibz eius.

Incipit liber. xij. de terra 7 ptibz eius.

Distq̄z diuina

cooperante gratia completus
est tractatus de proprietatibz
corporis sup̄remi liminosi. s. ce-
li 7 corporis intermediij lucidi
perspicui 7 dyaphani. s. ignei aerei 7 aquei. vlti-
mo dicendū est de pprietatibus corporis īfimi
7 opaci. 7 hoc tam in generali q̄ in speciali. Cor-
pus aut̄ infimū 7 extremū est ipsa terra respectu
celi. de cuius pprietatibz cōibus aliq̄ sunt huic
opusculo inferenda 7 hoc quo ad eius substan-
tiā 7 qualitātē 7 contentū siue ornatum. Conti-
net aut̄ in se inter̄ p̄ ornatu oīa metheorica et
mineralia sicut lapides 7 metalla. exterius vero
sensibilia sicut bestias 7 iumenta. et vegetabilia
vt herbas plantulas 7 arbuta. de quibz omni-
bus ponenda sunt aliqua in hoc tractatu. put̄
de eis sacra scriptura videtur in superficie facē
mētione. Simplicia aut̄ 7 omnibz fere nota cre-
dimus hic p̄ simplicibz sufficere debere. 7 ideo
de illis pauca recitantes maiora maioribz 7 sub-
tiliora subtilioribz reseruamus. Hoc autem in
principio huius opusculi volum̄ p̄testari. V̄
parum aut̄ nihil de nostro hic apponimus. s̄ au-
tētica sanctorū 7 etiā aliquoz p̄boz dicta quē

admodū in precedentibus fecimus interscalari-
ter inferemus.

De terra. Capitulū. j.

Terra itaqz vt di-
cit Isid. li. xij. ca. primo. est in media
mundi regione posita. ab omnibus
partibus celi in modū cētri equali interuallo se-
parata que singulari numero totū orbez signat
in plurali vero singulas eius partes. Est aut̄ di-
cta terra vt dicitur ibidē a superiori parte qua
teritur. Hec 7 hum̄ dicit̄ a mari humido cui
coniungitur. Dicitur 7 tellus quia fructus eius
tollimus. Dicitur 7 ops eo q̄ opez fert frugibz
Eadem dicitur arida vel quia arature vel cul-
ture ē apta. vel quia ab aliquo siccitate pp̄ria
est distincta. q̄ enī humida sit hoc ab aque vici-
nitate sortit̄ sicut ibi dicit Isid. Proprietates
autēz terre describit Basilus in exameron sic.
Terra inquit est corpus infimū 7 mediū equali
bus spacijs a celo remotū. 7 iō celi centrū a sapi-
entibus est vocatū vnde 7 omnium corporoz ē cor-
pulētissimū de simplicitate 7 subtilitate habēs
minimū alterū mundi firmatuz fundamentum.
Corpus natura frigidum 7 sicū. quantitate re-
spectu celi minimū quāuis in se maximū. quali-
tate obscurū 7 ex se opacū. figuratione spericuz
7 non nisi aque glutino p̄mansuū sedm̄ se totā
quietum. licet in suis partibz suscipiat sepe mo-
tum omnium corporaliū viuentiū habitaculuz
pedum dei scabellum dictū eo q̄ in corpore mū-
di minima est species huius elemēti minusqz ap-
paret̄ i eo diuine operatio potestatis p̄pter qd̄
dicitur suo quasi infimo pede tangere terram.
Quia respectu magnitudinis 7 pulcritudinis
celi minime videtur in corpore terre diuine sapi-
entie sublimitas relucere. q̄uis autem terra re-
spectu celestis corporis sit infima tamen lumi-
narium celestium influentia est maxime suscepti-
ua. Et ideo secundissima est tanq̄ mater omni-
um 7 multarum 7 contrariarum specierum ma-
xime productiua. Cum enim sit celi centrum in
omni sui parte ab ipso recipit influentiam 7 ef-
fectum. vnde quod minus nobilitatis videt̄ ha-
bere in sua substantia recuperat in effectu 7 vir-
tute sua quia nobiliores producit fm̄ quid spe-
cies aliquas q̄ ipsum celum quod pro ornatu
habet solas īsensibiles stellas. Terra vero pro
ornatu cōtinet 7 p̄ducit vegetabiles sensibiles
7 rationales creaturas vt dicit basilus. Dicit
etiam ad hec idem. terra vt dicit p̄bus est pro-
p̄ijs equilibrata ponderibus. quolibet enī sua
rum partū suo pondere nitit̄ ad mundi mediū

quo nisu 7 inclinatio singularium partium: tota circa centrū equilibrata suspēditur 7 equaliter immobilis retinetur sicut scriptū est. Qui fundasti terram super stabilitatē 7c. Ideo fm **Isi.** li. xj. dicitur solum quia elementū est solidū 7 cui iussibet corporis quātūcūq; pōderosi sustinēs totā molem. vnde quelibet grauiā sursum mota quousq; terram stabilem tangant permanent ī quietā. sed cū peruenierint ad terram quietātur. propter insignes aut ipsius terre proprietates nobiles 7 effectus error gentiliū terram deificauit 7 eam diuinis honozibus antiquit⁹ venerati 7 colere consuevit sicut tangit **Isi.** li. viij. in tractatu de dijs gentiū 7 nominibus ca. xij. **Cerem** deoz matrē vocauerunt antiqui terram a creādis frugibus sic dicta eo q; oīa cibā 7 nutrit indigentia alimento. nā terra mater est fecunditatis q; nullū vegetabile pōt crescē nisi ī terrestri substantia radicitur. Ideo etiā ops est dicta quia melior sit terra ope culture. 7 ex ipsa cōsequitur opem victus quelibet viuens creatura dicta est dea vesta quia cōstat vi sua vel q; herbis 7 arboribus 7 florib⁹ sit vestita vt dicit idē. terra enī seminibus arescentib⁹ in hyeme colorem cōcipit ab ethere in vere 7 estate. vnde tūc herbis 7 florib⁹ ornatur 7 vestitur quib⁹ in autūno 7 hyeme spoliatur. In signū aut tante fecunditatis 7 virtutis facta est ei magna ymago feminea alma mater nūcupata torrida corona posita sup currū cui leones domiti subijciebantur in vna manu portabat clauē ī alia tympanū siue cimbaliū cuius aurige vibrabāt gladijs q̄s gestabāt 7 galli matronā sedentē in curru suble qui singebātur 7c. Mater siquidē fuit dicta eo q; plura pariat 7 omnib⁹ mortalib⁹ cibū gignat dicitur vīt 7 mater alma eo q; oīa aīalia alat. est enī elementoz nutritrix terra vt dicit **Isid.** cozonam toridā in capite gestare dicitur q; cūctis ciuitatib⁹ suppositis īsignitur ī curru rotato vehit q; ipsa terra pēdet ī volubili aere in quo sustinetur. sedet aut in curru volubili q; cum oīa moueantur illa sola dicitur nō moueri q; illi leones subijciunt mansuetos ostēdit nullū genus esse tamferū q; ī morte nō subijci a terra possit aut superari q; clauis in manu fingitur ostēdit q; terra hyeme clauditur 7 vt nascātur fruges in vere aperitur. **Q** aut terre dicantur galli seruire ostendit q; volatilia indigent seminib⁹ terre 7 ideo aues eam oportet sequi 7 ad eā descendere vt in ea possint semina victus gratia reperire. sonitus aut cymbaloz designat in colendis agnis strepitus ferramentoz vomerū 7 ligonū 7 ideo eneorū quia antiqui instrumētis eneis

colebant terram anteq̄ ferrum esset inuentum vt dicit **Isid.** quia ministri eius cum strictis gladijs finguntur designat q; pro terra defendenda vel acquirenda sepe bella cōmittuntur ī quibus gladij extrahunt. bis 7 alijs multis modis describuntur proprietates terre sub integumēto fabularum sicut ibidem recitatur ab **Isid.** quōuis autem terra sit summe fixa 7 stabilis fm sitū summe tamē inter elemēta est passibilis per effectū. Item quōuis fm substantiam sit frigida quosdā tñ in se cōtinet vapores igneos q̄s emittit vt patet ī ethna 7 vulcano sic ibidē dicit idē. Itē quōuis terra superficialiter exteri⁹ sit nigra 7 in decora ītrīsec⁹ tñ cōtinet multa p̄ciosa. Ex q̄dā enī celestis influētie īpressioe ī interiorib⁹ terre venis p̄ciose gēme 7 nobilia metalla generant. vñ 7 terre virtuositas sub q̄dā extrīseca deformitate occultat. Itē terra vndiq; mari cōiungitur 7 maris brachijs circūdatur 7 percutitur a cui⁹ humiditate p occultos meat⁹ penetrat ne p̄cicitatis naturalis dominiū resolutis p̄tib⁹ redigar in puluerē vt dicit beda. Itē terra quōuis ī suo toto sit solida in substātia ei⁹ tñ quilibet ps ad centrū ē naturaliter motina 7 p admixtionē ignearū partiū 7 aerearum fit in aliquibus suis partib⁹ rara 7 porosa cauernosa 7 spōgiosa. cuius concauitate vapor ventosus subintrās terre partes cōmouet 7 agit 7 generat terremotum sicut dicit **Arist.** libro methoz. Ventus inquit frigidus ī ventre terre agit⁹ facit istā agitatōem que ē terremot⁹. 7 sequit ibidē sic fit sonit⁹ ex cōfricatōe corporoz se allidētū in aere ita fit mot⁹ ex diuersitate agitatōis venti occultati in terra 7 ē signū sup hoc. q; nō adquiescit donec scindat terra 7 exit ventus audita voce 7c. Itē ibidē dicit **Arist.** in locis in quib⁹ fit cōcursus mans vebemēs 7 agitatio vndarū eius ī locis multarū cauernarū fit vebemens terremot⁹ sicut accidit tpe herculis in quibusdā insulis in quib⁹ incepit eleuari terra ad similitudinē collis deinde scissus ē loc⁹ ille 7 exiuit ventus fortis qui destruxit ciuitatē cui⁹ īpressio manifesta ē vsq; nūc 7c. Item idē ibidem terremotū cōsequitur vel cōcomitat tenebrositas tegēs solē abiq; nube vsq; ad cōsūptionē terremot⁹ ppter vaporem grossū 7 āncedit terremotū signū signās eius eē qd vides ī celo nubes lōga sic linea recta añ occasum solis. Et seq̄ ibidē. 7 accidit quōq; terremot⁹ ppter eclipsim p lunā. q; tūc calor solis nō puenit ad aerē vt subtiliet 7 cōsumat vaporem q̄ est cā terremot⁹. Itē in li. vegetabiliū **arist.** terremot⁹ in locis arenosis nō fit sed ī locis interiorib⁹ cauernosis 7 exteris in superficie duris sicut

sunt loca montium qz si locus in superficie fuerit rarus exalat vapor paulatim 7 non fit tanta aggregatio vaporis vt possit mouere terrā. sed cū locus interius est cōcauus 7 spongiosus 7 exterius solidus atqz durus aggregatis partib⁹ vaporis fit agitatio fort⁹ ita qz aliqui scindit terram. In locis ergo omnino porosis non accidit de facili motus terre propter vaporis continuationē nec in locis valde duris 7 compactis. ppter partiu⁹ cōpressionē propter quā illas vapor plurimū nō subintrat. sed accidit in locis interius cauernosis. sed duris exteri⁹ 7 cōcompactis. hucusqz Arist. Item terra cui⁹ sit elementum fm substantiam similis est in toto 7 in partibus sed tñ fm qualitatem non est in suis partibus vniformis immo. ppter aliarū qualitatu⁹ elementarium admixtionē cōplexionem 7 naturam mutat 7 ideo vniformē non habet dispositionē nunc colorem variat nunc sapores. ista diuersitas multis accidit de causis 7 in multis modis. qñqz ex sua eleuatione 7 depressione. nā eleuata ē frigidior depressior vero 7 declinior esse calidior consuevit quod vt dicit macro. accidit propter radiorum solis fortiozem impressionez tam in locis depressis qz in altis. aer enim grossior est in vallib⁹ qz in montanis. 7 ideo maior ibi fit aggregatio radior⁹ 7 etiaz cōculcatio. ppter reuerberatōem ad aerē grossius. in locis hō motuosis 7 altis qz aerem habēt rariozē dispersū radij 7 nō ita coartantur 7 ideo minor ibidē generat color. Itē ex directa vlt indirecta solis oppositione quia illa terra fertilior est que fm sitū disposita est maxime ad susceptionē cōcurrentiū radior⁹ solarū. que vero magis elongant a radijs min⁹ apta frugib⁹ 7 fructib⁹ reperit. Itē ex ventoz diuersificatione. nā terrā quā cōtinue pflat ventus orientalis temperate calida ē 7 in ter humiditate 7 siccitate quasi media vt dicit cōstan. 7 ideo est secūda florib⁹ 7 fructib⁹ 7 magis cōgrua hominū habitationi. Occidentalis aut ventus magis attinet frigiditati 7 humiditati 7 minus efficit terrā tpatam 7 ideo occidentalis terra minus est secūda. Vetus aut septētrionalis terrā desiccata 7 ifrigidat tamē ratione puri aeris ipsam subtiliat 7 depurat. vñ in terra aquilonari homines sunt proceri stature 7 eligātis forme. frigiditate enī exterioris aeris claudunt porū 7 calor naturalis retinet intrinsecus ex cui⁹ virtute 7 statura ampliatur 7 figura corporis decorat. Ventus aut australis qz calid⁹ est 7 humidus terrā quā cōtinue pflat turbat calefacit inspissat 7 ingrossat. 7 iō homines australis regiōis sunt stature p̄trarie 7 figure illis

qui habitant in aquilone. 7 ideo homines taliū regionū nō sunt ita animosi 7 iracūdi 7 clamoro si sicut alij vt dicit cōstan. Item variatur qualitas terre siue p̄prietas ex elongatione a mari siue appropinquatōe. nam terra vicina mari meridionali calidior est 7 humidior terra que ē vicina aquilonari. nam vapor calidus 7 humidus a mari resolutus calefacit terrā que est sibi propinqua. mare vero septētrionale ecōuerso. 7 iō mare ponticū dulci⁹ est qz cetera maria siue minus salsum quia plus in illo vincit frigus. Et iō vapor frigidus ab eo resolutus terram ifrigidat propinquā zc. Itē variatur ex hominū exercitio 7 opatione. quāto vero pl⁹ fodit⁹ 7 eueritur. tanto ei virtus insita cū singulis partibus ampli⁹ p̄miscet⁹ 7 sic aptior redditur vt ex ipsa fructus multiplex generetur. qñ vero diu ociosa dimittitur 7 quieta. ad p̄ductionē fructuum redditur minus apta. Itē bona terra si roze fuerit perfusa aut cōpluta mollificatur impinguat⁹ 7 melioratur. si vero arenosa fuerit aut nimis lapidosa peior efficitur quia amplius indurat.

De monte. Capitulu. ij.

Mons est tumor terre in altum se erigēs solo pede reliquam terrā tangens. vel dicuntur montes eo qz sint super aliam terram emunētes vt dicit arist. Dicit etiaz Arist. in libro de p̄prietatib⁹ elemētoz. quidā dixerūt qz terra in principio sue cōpositionis fuit rotūda 7 plana in q̄ nō fuerunt montes neqz valles qz erat spherica in figura sicut corpora superiora. vnde montium 7 valliu⁹ causa non est nisi cōmotio aquarū que cauauerūt loca rara 7 facti sunt mōtes p̄tes duriores que non poterant cōcauari. loca vero cōcauata facta sunt loca mariū 7 flumioz zc. Itē etiaz dicitur in li. methoz. Montes inquit fiunt qñqz ex reuolenti motu terre vnde eleuat⁹ terra 7 fit mons sicut ex aqueductu accidit concuatio. p̄funda 7 fit vallis. Itē ibidē. Maris qz accessus 7 recessus quedam loca cauat. quedaz extollit 7 fiunt montes. Et qñqz mare totā terram cooperuit deinde mollia quedam etiā abra sit 7 dura reliquit. 7 in quibusdā locis congeffit mollia etiam quedā congestata cū abscederet desiccata sunt 7 in montes cōuersa zc. Mōtes itaqz sūt duri solidi 7 cōpacti. a terra versus celum erecti. 7 tamē terre radicatus sunt coniūcti qñqz tñ sunt interi⁹ spongiosi cōcaui cauernosi 7 iō ad serōne vacuitatis aquas attrahūt atqz sugunt. quas postqz fuerint eoz⁹ cōcauitates replete per capita fontiu⁹ emittunt. 7 sunt causa

sempiterni fluxus et origo et principium fluvio-
rum ut dicit Aristoteles. Ex quo patet quod montes ca-
uernosi sunt aquarum et humorum attractivi. et
attractorum continue emissivi. Item montes
sunt metallorum nobilium contentivi. a profun-
dis enim montium venis metalla nobilia extra-
hantur. Item montes sunt fructuosi et aromati-
productivi propter puritatem enim aeris in su-
mitatibus montium dominantis puriores fru-
ctus et dulciores in montibus nascuntur quam in val-
libus licet pauciores. Item montes sunt citius
quam valles radiorum solarium susceptivi. et sus-
cepte illuminationis diutius retentivi. Item mon-
tes sunt vaporum et exalationum generativi.
ex quorum aggregatione nubes in aere gene-
rantur. In altissimis tamen montibus ut in o-
limporaro generantur pluvie ut dicit Aristoteles.
quod est propter aeris subtilitatem et vaporum
paucitatem. primo enim vapor resoluitur et con-
sumitur antequam ad cacumen montium attingere
videatur. Item montes ventis et turbinibus sunt
expositi plus quam valles. et ideo ratione frigidita-
tis in montibus dominantis sunt nivium conser-
vativi. Ventis namque frigidis in montibus conge-
lantur et constringuntur. et ideo in montibus diu-
tius quam in vallibus commorantur ut patet in cau-
caso et in libano et in alijs consimilibus montibus
qui semper sunt nivibus et nebulis candidatis.
Item montes sepius patiuntur ictus fulminis et
fulguris quam valles ut dicit Isidorus. Unde et pirenei
montes a crebris fulminum ictibus nuncupantur.
Pir enim grece ignis dicitur latine similiter
et ceraunei montes a crebris fulminibus sunt di-
cti grece ceraunos fulmen dicitur ut dicit ibidem
Isidorus. Item montes quia sunt altissimi et
sublimes maxime congruunt speculatione. unde
et qui adventum hostium providere et precauere
cupiunt cacumina ascendunt et eminentia pe-
ricula a remotis predicere consueverunt. Item
montes quia quo ad naturam et compositionem
partium. solidi sunt et fortes ideo potissime sunt
apti castrosum edificationi unde mansiones in
montibus solent esse fortes et ceteris tutiores. ma-
xime quoniam propter interiorum duriciem non pos-
sunt suffodi. et propter situs altitudinem adiri non
possunt faciliter seu ascendi. Item montes quia in
herbis et in pascuis secundi sunt et vberes. ideo con-
veniunt pasture ovium et animalium refectioni modo
tuosa enim pascua et gramina in montibus cresce-
ntia sunt salubria. et nutritura animalium utiliora quam
illa que crescunt in vallibus quibus sunt generaliter
pinguiora. Humor enim nutritivus quo nu-
truntur herbe et gramina in montanis. subtilior

est et purior quam campestris. Et ideo calor celestis
facilius illam humiditatem digerit. et in substantiam
graminum et fructuum immutat perfectius et con-
vertit. tum propter humoris ipsius subtilitatem
tum etiam propter existentem ibidem aeris puritatem.
Item in montibus abundant altiores arbores
quam in vallibus et frutices densiores. Ideo mon-
tes congruunt animalium agrestium habitationi et
animi siluestrii nidificationi propter quod et
fere quoniam persequuntur a venatoribus in valle re-
fugiunt ad montes et ibi sunt tute.

De ararath Cap. iij.

Ararath mons est
armenie altissimus in quo archa post
diluvium requievit ut dicit Isidorus. et
usque hodie lignorum arche vestigia adhuc ap-
parent. vocat autem idem mons diversis nomi-
nibus. De hoc enim modo dicit Iosephus sic. Lo-
cus inquit ubi est archa noe armeni egressoribus
vocant. Illic enim arche solute reliquias usque
nunc provinciales adhuc ostendunt huius enim
arche ut dicit idem Iosephus ibidem meminit be-
rosus caldeus narrans sic. Dicitur autem et na-
nis que in armenia venit circa montes cardien-
adhuc aliqua pars esse et quoddam inde bitumen
cadere quo maxime utuntur homines ad expia-
tionem. De hoc etiam scribunt et Iosephus egi-
ptius et manasses damasc. in. xcvi. historiaram
li. sic. Est mons excelsus in armenia qui baris ap-
pellatur in quo multos confugientes sermo est
diluvij tempore liberatos et quendam simul in
archa denectum in montis venisse summitates
lignorumque reliquias ibi multo tempore esse re-
servatas. Armenie etiam montes dicuntur ce-
raunei. propter multitudinem et fulminum crebras
percussionem. grece enim cerannos fulmen dici-
tur latine ut dicit Isidorus. Hi montes inter ar-
meniam et hiberiam incipiunt a portis caspijs usque
ad fontem unde fluvius tigris oritur ut dicit Isi-
derus.

De bethel. Capitulum. iij.

Bethel mons est
in iudea vicini hierusalem ubi
domus domini fuit sub salomo-
ne edificata. Sunt autem montes bethel nemo-
rosi. arboribus consiti fertiles et fecundi grami-
nibus et herbis aromaticis pleni. et ideo cervi ca-
pre et hinnuli frequentare illosum montium cacu-
mina sunt suti.

De caucaso. Capitu-
lum quintum.

Qlucasus ē mons orientalis ab india vsq; ad thaurū porrectus per gentiū iuxta illos mōtes habitantiū varietatem diuersis nominibus nuncupatus vt dicit **Isid.** vbi autem ad orientem in excelsiorem surgit sublimitatem propter nimium candorem caucasus nominatur. nā lingua orientali caucasus. i. candor dicitur. Inde et eos qui huic monti sunt vicini crochafym vocauerunt. achafym enī apud eos candor vltimū appellatur vt dicit idem.

De hebal. Capitulum. vi.

Mons hebal est mons transiordanē in quo steterunt sex tribus post iordanis trāsitum ad maledicendum illis qui precepta decalogi non seruarent. vt patet **Deut. xviij.** Et est mons vt dicitur cauernosus et voraginosus patiens sepius terremotū cui cōcordat interpretatio eius. nam vetus vorago interpretatur. Fuit itaq; mons maledictionis et imprecatoris in quo mala transgressoribus imprecabantur. Reputabatur etiam mons vilitatis et abiectōis. vnde et sex tribus ignobiliores. s. ancillarum filij super montem hebal fuerunt ad maledicendum populo deputati. **Deut. xviij.**

De hermon. Capitulum. viij.

Hermon est mōs modicus super iordanem situs. qui in herbis et pascuis est fecundus. nā circa radices eius sine circa pedem fluentis iordanis irrigatione imbuitur. circa vertices vero eius seu cacumē copioso rore perfunditur. et id virore ex rozis et aque influentia decoratur et insignitur propter quod et ibi nutriebantur pecora que in templo debuerunt ymelari domino et offerri. et quia animalia ex rozis influentia et herbis eiusdem montis impinguata. in mōte syon. i. in atrio templi offerebātur. Ideo dicitur s̄m hebreos per prophetam quod ros hermon descendit in montem syon. quod ad litteram fieri non potuit quia mons syon mōte hermon altior existit. Insuper et ab eo valde remotus fuit. p̄ tanto igitur ros montis hermon dicitur ascendisse in syon quia pinguedines et adipēs animalium que in illo monte pascebantur ad pastum ignis altaris in hierusalem in sacrificio offerebantur propter quod et hermon lumen exaltatur interpretatur sicut dicit glo. super **Psal.** quia lumē in altari augebatur quando ignis sacrificij tali

pabulo fouebatur.

De hebron. Capitulum. viij.

Mons hebron mōs est in iudea in quo est sita ciuitas famosissima ab eiusdē montis nomine hebron dicta vt dicit **Raban.** cuius vallis dicitur vallis mambre que ab antiquo tpe ab amicis aner et eschol est possessa vt patet in **Geneſ.** Hic mons locus est solēnis ratione sanctorum patriarcharum quorum corpora ibidem quasi a mundi principio requiescunt vt dicitur **Gen.** ibi adam maximus etc. Itē illum montē potētissimi viri iure hereditario possederunt vt patet **Josue. xviij.** vbi dicit. Deleuit ex eo caleph filios emoth s̄ysai et achinaan et ptholomai etc. In hoc monte tanq; in loco tutiori dominus principium regni dauid instituit et ei vt illac ascenderet post mortem **Saul** diuinitus imperauit vbi septem annorum spacio regnans tandem ad totius regni hierusalem fastigiū assumptus fuit. Iste mōs ab antiquis cariatbarbe fuit primitus nūcupatus. i. ciuitas quatuor. qz nomina tissimoz viroz quatuor corpora ibi requiescūt vt dicit **Hiero.** s. adam et abrahā ysaac et iacob etc.

De montibus ethyopie. Capitulum. ix.

Montes ethyopie dicitur esse. viij. inter quos precipuus mons athlas est. Ethyopia enim vt dicit **Isid.** li. xiiij. ca. iij. circa occidentū mōtuoſa est et arenosa in medio. ad orientalē autē plagā deserta cuius situs ab occidento athlatis montis vsq; in egypti fines porrigitur. a meridie oceano. a septentrione nilo flumine clauditur. Huius regionis mōtana sicut et plana plurimas habent gentes. vultu et monstruosa specie horribiles. ferarū quoq; et serpentū referta sunt multitudine. Illic rinoceros bestia. s. vnicornis. illic cameli et pardi illic basilisci et dracones ingentissimi ex quorū cerebro gemme extrahuntur. Jacinctus quoq; et crisoprassus ibi inueniuntur et cinamomū recolligitur. Illic gignūt sene fere vt dracones strutiones et symie et etiam elephantes. hucusq; **Isid.** dicit etiā ibidē quod inter cyrenē et ethyopiā est fons qui friget calore diei et calet frigore noctis cōtra naturam aquarū et fontium aliorum.

De ethna. Capitulum. x.

Ethna est mons in sicilia insula ex quo erumpit ignis

cū sulphure quēadmodum in iebenna vt dicit
 Isid. li. xiiij. ca. vj. Hic mōs ab illa parte q̄ flat
 eurus vel affric⁹ habet spelūcas plenas sulphu-
 ris vsq; ad mare deductas que spelunce in se re-
 cipientes fluct⁹ ventū creant qui agitat⁹ ex sul-
 phure ignē gignit. vñ z incendiū fumosum ad
 terrā ab hoc mōte erūpere cōsuevit sicut ibidē
 dicit Isid. In hoc etiā monte sepe dicūt appa-
 rere quedā figure z audiunt sepe ab incolis ter-
 re circa montē etbne gemit⁹ z voces querulose
 vnde a plerisq; credit⁹ q̄ ibi sint loca penalia in
 quib; aie alique puniuntur quod tñ nō assero.
 sed beat⁹ Greg. in dyalago suo videtur de hoc
 facere mentionem.

De monte esau. Ca. xj.

Mons esau idem

est qd̄ mons seyr. In hoc monte ē ci-
 uitas ydumea ab eodem dicta. i. ab
 esau filio Isaac qui ciuitatez illā primitus dicit
 cōstituisse vt dicit Hiero. sup abdiā. nam esau
 seyr z edom appellatus est. de hoc dicit glo. sup
 Deut. ij. seyr. inquit est mons in terra edom i q̄
 habitauit esau in regione gabalena vbi primo
 habitabat torrēs quē interfecit chodaloamor.
 Gen. xiiij. z hic mons dictus ē ab esau piloso et
 hypsido seyr. i. z pilosus nomē accepit. istū mō-
 tem habitauerūt primo horrei homines statu-
 re gigantee enormitate corporis horribiles vt
 dicit glo. sup Deut. ij. quib; expulsis atq; dele-
 tis habitauerunt ibi filij esau vt dicit Deut. ij.
 Mōtes itaq; terre edom altissimi sunt ita q̄ ali-
 quib; partib; nubes tangere videant. Sūt au-
 tem mōtes illi cauernosi z cōcaui z spelūcis ple-
 ni vt dicit glo. super abdiā. in quib; habitāt
 homines in estate qz ibi minor ē estus solis.

De mōte effraym. Ca. xij.

Mons effraym

specialiter dicebat⁹ mōs in q̄ Jo-
 sue fili⁹ Nun recepit possessionē
 vt patet Josue. xix. in q̄ edificauit ciuitatē habi-
 tauitq; in ea. inter alios vero regionis illius mō-
 tes vt dicit adamācius. erat mōs iste herbis et
 arborib; insignior z fructib; fecūdior situ subli-
 mior aspectu pulcrior aere salubrior riuis fon-
 tium montē irrigantiū fertilior. z iō erat loc⁹ cō-
 gruus vt in eo Hielus q̄ dictus ē Josue habi-
 taret vt dicit idē adam. in eodē mōte a septētri-
 onali parte montis Josue est sepultus vt dicit
 Josue. xxiiij. Erat etiā mons iste vicin⁹ sychem
 q̄ erat ciuitas refugij cū suburbanis suis in mō-

te effraym vt patet Josue. xx. vbi sepulta sunt
 ossa Joseph vt dicit Josue vlt. In eodē etiā
 mōte reposuit Josue cultros seu macheras pe-
 trinas quib; filios israel i heremo circūcidit vt
 dicit Adam. sup Josue ca. xx. Preterea in mō-
 te effraym habitauit delbora pphetissa z sede-
 bat sub palma q̄ erat inter bethel z rama. vt pa-
 tet Jud. iij. ca. Multos enim mōtes particula-
 res siue colles habuit mons effraym. i. tribus ef-
 fraym. qz tota illius foris plurimū fuit mōtuosa
 z i locis plumb; nemososa. vt patet Josue. xvij
 Itē in eodē monte interfecti sunt principes ma-
 dian ozeb z zeb quoz capita ad gedeon trāsioz
 danis fluminz sunt allata vt patet Jud. vij. In
 ramatha etiā montis effraym nat⁹ fuit samuel
 ppheta. j. Regū. j. z ibidē cōuersat⁹ qz ab eo in
 eodē loco saul in regē primit⁹ est inunct⁹ vt pa-
 tet. j. Regū. x. In eodē etiā mōte samuel mortu-
 us est z sepult⁹. j. Regū. xxv.

De monte phasga Ca. xiiij.

Phasga mons est

maxim⁹ cōtinens in se multos parti-
 culares mōtes. nam in hoc mōte sūt
 abarim z nebo qui sunt colles sup quos ascen-
 dit moyses vt videret terminos terre pmissio-
 nis anteq; moreret⁹ z in valle eiusdē montis in
 campestrīb; moab tumulo traderetur. vt patet
 Numeri. xxvij. z Deut. vlt. Hic mons fuit i fi-
 nib; moabitaz z amonitarū diuidēs trā eozū a
 terra amorreoz quā postea possederūt ruben z
 gad z dimidia trib; manasse vt patet Deut. ij
 Radices vero istius mōtis tangūt mare rubrū
 qd̄ est mare salissimū sicut dicit Deut. ij. tā in
 tex. q̄ i glo. An isti mōtes diuidebāt trā quaz
 inhabitabāt moabite z amonite a terra quā in
 possessionē receperāt israhelite. Vnde vsq; ad
 verticē eius montis peruenit moyses z ex illo lo-
 co totā terrā pmissionis fuit cōtemplat⁹ ibiq;
 mortu⁹ est z in valle eiusdē mōtis vbi fuerūt cā-
 peltria moab sepultus est z vsq; hodie occulta
 tus sup istuz montem phasga ascendit balaam
 ariolus cū balac rege moabitaz vt malediceret
 populo israhelitico cuius maledictōem dñs cō-
 uertit i benedictōez vt dicit Numeri. xxij. Ex
 quo patet q̄ mōs ille fuit mōs diuisionis. quia
 terminus maloz a bonoz terminis diuidebat.
 qz inde dñs p balaam pphetā benedictōez po-
 pulo israhelitico cōferebat. Itē mons fuit spe-
 culatōis z cōtemplatiōis. qz inde moyses terre
 pmissionis terminos preuidebat. De hoc mō-
 te dicit Hiero. i. li. de nominib; locoz. Abarim

inquit est mons in quo mortuus est moyses in terra moab contra hiericho in supercilio montis phasga a qua tota regio in circuitu dicitur phasga et ostendit ascendentibus de lydia de meselon. et id est quod et nebo. etc.

De monte gozor. **Ca. xiiij.**

Quod est mons sine collis moabitari. Et est pars montis phasga super quem balac duxit balac ut malediceret israel **Numeri. xxiij.** Ita dicit **Hiero.** in li. supradicto.

De monte galaad. **Ca. xv.**

Galaad ut dicit **Hiero.** inus. mons est ad quem iacob venit. vij. die de carran qui fugiebat laban. Est autem ut dicit idem ad tergum fenicis et arabie collibus libani copulatus. et extendit usque ultra iordanem in terra que quondam fuit seon regis amorreorum postea vero cecidit in sorte ruben et gad et dimidie tribu manasse in quo monte est civitas edificata et consimili nomine appellata a galaad filio machir filij manasse. Hic mons inter alios est nobilis. quia mons est pasture et refectus. Est enim fertilissimus in frugibus et in pascuis et in fontibus. Item mons est medele et curatiomis. nam in galaad inuenitur resina qua curantur vulnera et diversi morbi sanantur ut dicitur **Hiero. ix.** Nunquid resina est in galaad etc. Item mons est federis et reconciliatus. quia in monte galaad confederatus est iacob cum laban et ei totaliter reconciliatus ut patet **Gen. xxxj.** Item mons est testificatus ut patet ibidem. Dicitur enim appellatum est nomen eius galaad. id est cumulus testis. Item mons est lucris et negociationis. nam montana galaad negociatores pro speciebus aromaticis comparandis sepius frequentabant ut patet **Gen. xxxvij.** viderunt negociatores venire de galaad portantes aromatica in egyptum.

De monte garizim. **Ca. xvj.**

Garizim ut dicit **Hiero.** est mons in terra hiericho cui vicinus est mons ebal ex aduerso respiciens. In his duobus montibus benedictiones et maledictiones populo intranti terram promissionis promulgabantur ut per benedictiones provocarentur ad bonum legis amatores. Per maledictiones vero terrerentur de calogi transgressores. In garizim vero sex tribus

nobiliores cum sacerdotibus proclamabant benedictiones. Et ideo inolevit consuetudo ut mons ille haberetur in veneratone a posteris et frequenter tur cum sacrificij et orationis. Unde inter iudeos et samaritanos fuit contentio de loco adorationis samaritanis preferentibus montem garizim convenientior esse ad orandum quam templum in hierusalem. iudeis contra assertibus ut patet **Job. ij.** tam in textu quam in glo.

De monte gelboe. **Ca. xvij.**

Gelboe sunt montes ut dicit **Hiero.** alienigenarum. vij. miliaria a sitopoli in quibus est vicus grandis qui gelboes nuncupatur in montibus istis perijt **Saul** cum ionatha filio suo et corruit coram philisteis israel. ut patet. **j. Regum ultimo.** contra quos indignatus **David** propter ruinam populi ipsis maledixit et maledicendo eos in siccitatem et sterilitatem commutavit ut dicit glo. super. ij. librum **Regum** ca. primo. Montes inquit gelboe vberes fuerunt ante maledictionem quos hactenus maledictioni subiaccere ferunt nec unquam ibi pluere testantur.

De monte gulgata. **Ca. xvij.**

Gulgata ut dicit **Hiero.** est mons caluarie in quo salvator noster fuit pro salute hominum crucifixus et usque hodie ostenditur in **Helia** ad septentrionalem plagam montis syon. dicitur autem locus caluarie secundum **Isid.** quia ibi capita hominum damnatorum decaluaruntur.

De gaas. **Capitulum. xix.**

Gas est collis in monte effraym in possessione. **Josue** filij **Nun** ubi mortuus fuit **Josue** et sepultus in septentrionali parte eiusdem montis ut patet in libro **Josue** ca. ultimo. cuius sepulcrum ostenditur in monte predicto usque ad presentem diem ut dicit **Hieronimus** in predicto libro de nominibus.

De monte hebron. **Capitulum. xx.**

Mons hebron est monticulus in tribu iuda contra septentrionem in. xx. ab helya miliario ubi est villa pergrandis que effrata nuncupatur. ut dicit **Hieronimus.**

De montibus israel. Caplm. xxi.

Montes israel dicuntur montes generaliter toti⁹ terre pmissionis siue fuerint ultra iordanem siue citra sepe sumuntur p terra decem tribuū que fuit mōtuosa precipue in tribu dan 7 effraym. naz 7 decem tribus nomen israel sibi vendicauerunt sub Hieroboam qui fuit de effraym 7 regnauit primo in samaria super decem trib⁹ vt dicit Hiero. 7 p3 in historia li. iij. Regū xij. Hi montes multaz erant pascuales vberes fructuosi 7 frugiferi oliuis 7 alijs arborib⁹ fructiferis confiti. erant etiam medicinales herbis 7 specie⁹ aromaticis pleni vt dicit Isid. li. xiiij. ca. iij. Samarie regio est palestine ab oppido quondam nomen accepit quod quondam erat ciuitas regalis in israel que nunc ab angusto sebastia nuncupatur. Hec regio indee vicina est 7 illi similis in natura. nam variarum opum diues est frugibus fertilis aquis illustris opima balsamis. Unde fm gratiā elementoz⁹ indei hanc terram melle 7 lacte fluentē iudicabāt. nā in eius montibus ppter pascuarū abundantia innumerabiliū ouium 7 pecorū⁹ greges 7 armēta pascebant. Apes etiā innumerabiles i eis dez mellificantes. herbarū 7 florum suauitate dulci flua nutriebantur. fructus 7 fruges propter aeris temperiem 7 rois abundantiaz citissime ad maturitatem in illis montibus ducebantur. aurū vl' argētū 7 cetera metalloz genera i illis mōtibus fodiebāt. Deut. viij. Fōtes 7 flumina de venis mōtiū superi⁹ pgrediebāt loca munitissima in illis montibus edificabant. fere siluestres sicut tigrides 7 leones i illis nemorosis montib⁹ conuersabantur.

De montibus yperboreis. Cxxij.

Herbozei mōtes dicuntur montes scithie eo q⁹ ultra eos flat boreas vt dicit Isid. li. xiiij. Sunt autez fm Isid. eundem. c. iij. terre sitbie locupletas inhabitabiles tamē plures. Nā dū in plerisq⁹ locis auro 7 gemmis mōtis sitbie effluat. grifonū imanitate rar⁹ ibi accessus hominū est. In illis montibus smaragdi optimi sunt 7 cristalli purissimi de sitbie montibus trāsmittuntur. Sunt autem silue aspere ibi 7 maxime que immambus feris pardis tigridibus 7 pantheris sunt replete. Ibi etiā sunt canes tāte magnitudinis 7 tamimense feritatis vt thaurū perimant 7 leones premant 7 occidant 7 maxime in albania 7 hircania que sitbie sunt regiones q̄

montuose sūt 7 plurimū nemorose.

De carmelo. Caplm. xxiiij.

Carmel⁹ ē mons iudee in qua est ciuitas dicta carmela. Et est duplex carmelus. vnus in superiori parte cōtra meridiem in quo nabal legitur pauisse greges. j. Regū. xxj. ali⁹ est carmelus i inferiori parte terre respiciēs mare. vterq⁹ mons fertilis est in pascuis fructibus 7 herbis.

De libano. Caplm. xxiiij.

